

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO

PATRI, ILLUSTRISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

Domino Erardo à MarKa, sanctæ Romanæ ecclesiæ, Tituli sancti Chry-  
sogoni presbytero, Cardinali, Archiepiscopo Valentia, Episcopo Leo-  
dicensi, Duci Buillonensi, Comiti Lossen. &c. Domino ac patrono suo co-  
lendissimo, Theodoricus Loer à Straris, domus Carthusiensis in Colonia  
humilis Monachus, & Vicarius, Salutem & omne bonum exoptat.



Multa sunt quæ me sollicitant, pater amplissime, cur illustrem tuam cel-  
situdinem ad patrocinium D. Dionysij nostri Carthusiani, viri & pie-  
tate & eruditione singulari commédabilis suscipiendum, euocare mi-  
nime dubitè. Nam præter quotidianæ humanitatis tuæ eximie exem-  
pla, quæ in vulgares & quoslibet edere nõ cessas, qui modo auxiliatri-  
cis tuæ volûntatis præsidium implorant, tantam præterea erga cunctos  
comitatem & benignitatem ostendis, vt mirari fatis nequeam, quib<sup>9</sup>  
animi corporisque dotibus supra alios mortales, prouidentia illa diuina tuam Celsitudi-  
nem honoratam esse voluerit. Sed hæc est vera pietas, & religionis nostræ fructus vnicus,  
non tetricam austeritatem & toruitatem ostendere, sed ad summissorum indigorumque  
preces, benignas aures aduertere, neque eiusmodi vultus truculentia & despectu fastuo-  
so per contemptum submouere. A quibus vitiis quantum T. Celsitudo absit, ex aliorum  
præconiis discas malim, quam ex me tuo clientulo, qui iam recens tibi scriptoris luculen-  
ti sane, & eruditi vigilias offero. Quandoquidem autem pater amplissime has virtutes,  
comitatem scilicet, & humanitatem non in te esse modo, sed & redundare cognoscimus,  
pater vt aliquantulum de D. Dionysio cum magnificentia tua familiarius agam. Primû,  
quoniam is auctor, non grandem aliquem orationis apparatus, aut fucatam eloquen-  
tiam, sine solidæ eruditionis commoditate polliceatur: sed qui tale aliquid de se promit-  
tat, quibus animum nostrum terrenis & spinosis curarum difficultatibus inuolutum ad  
diuinarum rerum contemplationem & amorem sursum perducatur. Damnantur à pruden-  
tissimis viris studia, quæ friuola quadam persuasionis delectatione, nec longo tempore ad  
blandiuntur: damnantur item qui iniecta obscuritate difficili, ingenia discipulorum remo-  
rântur, atque adeo tunc præcipue, cum ne micam quidem utilitatis, aut gustum aliquem so-  
lidæ eruditionis exhibêt. At hæc D. Dionysij scriptis quid potest inueniri quod magis ex  
usu Christiani hominis sit, illius præsertim, qui philosophiæ diuinæ studiis immori semel  
animo destinauit. Nam præter pietatem & castam religionem, præter promissiones, & ex-  
pectationes, atque adeo misericordias spirant, clamânt que nihil: vt taceam interim expli-  
candi facilitatem, quam à deo peculiariter videtur affectasse Dionysius, vt rudissimis qui-  
busque & simplicissimis officium suum commendare voluisse videatur potius, quàm ni-  
mia diligentia & subtilitate ambitiosam eruditorum gratiam ingenii sui vigore & amplitu-  
dine captasse. Interea tamè ille prudentissimus & absolutissimus viri officio functus est & p-  
fessione suæ oppido quam conueniente industria. Nam cum omnis vitæ nostræ actio sic  
institui debeat, vt nostris laboribus alterius commodum & salutem promoueamus, non  
video sane quomodo Christianorum illam legem rectius explere potuisset, quam hoc stu-  
diorum genere, quo suis sudoribus & vigiliis planam multis & facilem apertamque viam  
rectius intelligendi scripturas reddiderit. In qua aliqui ad scopulorum difficultatem fre-  
quenter & per facile impigissent. Habent autem id arcana literæ, quod in diuersos sensus  
& varias interpretationes per facile trahi possunt. Quod sane & aliquando D. Augustinus  
in sacris literis, vt si quis alius exercitissimus conqueritur. Atque ex ea re opiniones  
ubinde nasci solêt, quas multoties cum ingenio nimium tribuitur, vitiatis interpretatio-  
nibus & ambiguis sensibus corrumpi & perueri contingit. Hic autem quid quæso vi-  
lius offerri potest, quam commodus doctor, qui per spinas eas & sentes sic nos deducat,  
illis membris tuto effugiamus? Porro eiusmodi tibi D. Dionysium prædico, qui tu-  
am ingressus viam, dum quam simplicissime, sed tamen accurate docet, nõ quantum  
vitiis in literis fuit, indicare nobis voluit, sed potius quod pro ratione tæporis & ho-  
minum conditione utile existimabatur. Profecto maxima hominis eruditio & ingen-